

Itinerant justices in Kent : 1227 : Eyre of Martin de Pateshulle and others : Plans for a session at Shepway

In September 1227, soon after the itinerant justices had started work in Kent, it was decided that they ought to hold a separate session at Shepway for the men of the Five Ports. This proved to be hard to arrange; in fact it proved to be impossible. I append copies of the relevant letters, as they were recorded on the back of the Close rolls. The sequence of events (and non-events) went like this.

28 Sep 1227 -- The bailiffs of the Five Ports are ordered to present themselves at Shepway on 18 Nov (*in octabis sancti Martini*), accompanied by 24 barons from each port, ready to answer a long list of questions.

20 Oct 1227 -- The barons of the Five Ports are ordered to present themselves at Shepway on 18 Nov ready to answer the questions which the bailiffs have already been told about.

3 Nov 1227 -- The barons and bailiffs of the Five Ports are informed that the session has been postponed. They are to present themselves at Shepway on 4 Feb 1228 (*die Veneris proxima post purificationem beate Marie*). ("Barons and bailiffs" was the etiquette used in writing to any of the Five Ports; for other ports the address would be "the bailiffs and good men", *ballivis et probis hominibus*.)

1 Feb 1228 -- The barons and bailiffs of the Five Ports are informed that the session has been postponed. They are to present themselves at Shepway on 23 Apr (*in unum mensem a die Pasche*).

18 Apr 1228 -- The barons and bailiffs of the Five Ports are informed that the session has been postponed indefinitely.

23 Jun 1228 -- The king writes to Martin de Pateshulle and Stephan de Segrave, explaining the problem and asking for their advice. The justices are in Norfolk by now (apparently Segrave is taking over from Pateshulle) and already have plans in place to visit Suffolk. Do they think, the king asks, that they will be able to wrap up their business by the middle of August? At around that time of year, the men of the Five Ports will mostly be at home; but not long afterwards they will start sailing away again, some to go fishing, some to fetch the Beaujolais nouveau, and then the opportunity will be lost.

30 Jul 1228 -- The bailiffs of the Five Ports are ordered to present themselves at Shepway on 22 Aug (*in octabis assumptionis beate Marie*).

15 Aug 1228 -- The bailiffs of the Five Ports are informed that the session has been postponed indefinitely.

All the way through, whenever the king wrote to the men of the Five Ports, he also wrote to the men of Yarmouth and Dunwich, inviting anyone who had a grievance against one of the men of the

Ports to attend the meeting at Shepway. I take it that some complaint had reached the king, to the effect that the Yarmouth and Dunwich men could not get justice done, and that this session was partly intended to offer them some redress.

After Aug 1228, there is no further mention of this planned session at Shepway, nothing to suggest that it ever actually took place. The attempt to bring the Five Ports within the orbit of the itinerant justices was a failure. When the next "eyre" came round, in 1232, the experiment was not repeated. Nor was it ever tried again. From the 1230s onwards, instead of being subject to periodic visitations by the itinerant justices, the Five Ports were placed under the constant supervision of the king's man on the spot -- the *custos quinque portuum, gardien des cinq ports*, warden of the five ports -- who only now becomes a prominent and permanent feature of the landscape. Whatever the itinerant justices would have been expected to do was done by him instead.

\* \* \*

1227 - 28 Sep - Rex dilectis et fidelibus suis ballivis de Hastings salutem. Precipimus vobis quod omni occasione postposita sitis apud Shipweye <18 Nov 27> in octabis Sancti Martini coram dilectis et fidelibus nostris Martino de Pateshull' et sociis suis, et illuc tunc venire facias <sic> viginti quatuor de legalioribus et discrecioribus baronibus de Hasting' et alios, sicut venire solent et debent ad placita de Shipweye, ad respondendum coram prefatis justiciariis nostris de capitulis subscriptis.

De veteribus placitis corone que ultimo fuerunt coram justiciariis apud Shipweye et non fuerunt terminata, et de novis placitis corone que infra libertatem vestram emergerunt tempore pacis, postquam justiciarii ultimo itineraverunt de omnibus placitis apud Shipweye.

De illis qui sunt in misericordia et non sunt amerciati.

De ecclesiis que sunt et esse debent de donacione nostra, que ecclesie ille sint et quis illas teneat et per quem.

De eschaetis nostris, que sint et quis illas teneat et per quem et per quod servicium et quantum valent.

De purpresturis factis super nos in terra vel in aqua vel in libertatibus.

De mensuris statutis et juratis in regno, si servate sint sicut provisum fuit et si custodes mensurarum mercedem ceperunt ab aliquo ut per illas possint emere vel vendere, et hoc intelligatur de ulnis et ponderibus.

De assisa facta de latitudine pannorum, si servata sit sicut provisum fuit.

De illis qui robberaverunt in terris vel aqua post pacem clamatam.

De vinis venditis contra assisam.

De thesauris inventis.

De vicecomitibus et aliis ballivis, qui tenuerunt placita corone et que placita.

De catallis Francorum vel Flandrensium vel aliorum inimicorum nostrorum retentis, quis ea habeat.

De falsonariis et retonsoribus denariorum.

De burgatoribus et aliis malefactoribus et eorum receptoribus tempore pacis.

De mercatis remotis de uno die in alium diem sine licencia nostra, nisi sit de die dominica.

De escambio monete nostre, quis illud fecerit sine licencia nostra.

De fugitivis et utlagatis, et si quis rediit post fugam et ad quem.

De mercede capta pro blado vel aliis catallis dimittendis ne caperentur ad castra, et similiter de prisis factis per vicecomites et constabularios vel alios ballivos contra voluntatem eorum quorum catalla fuerunt.

De novis consuetudinibus levatis in terra vel in aqua, quis eas levavit et ubi.

De defaultis, scilicet de illis qui per summonicionem deberent esse coram justiciariis et non venerunt.

De gaolis liberatis sine waranto.

De rapinis et prisis factis extraneis tempore pacis, per quos hoc factum fuit et quando et ubi et in cuius potestate et de quibus rebus.

De navibus captis in guerra et traditis per Willelmum de Wrotham, cui tradebantur et quis illas habet et quid de illis actum sit.

De illis qui vendiderunt naves vel maeremium ad naves faciendas inimicis patris nostri et nostris contra prohibitionem suam et nostram.

Precipimus etiam vobis quod venire faciatis coram predictis justiciariis nostris ad predictum terminum omnia placita et omnia atachiamta que venire et terminari solent et debent coram justiciariis tenentibus placita apud Shipweye. Volumus enim quod unicuique justicia exhibeatur secundum regni nostri consuetudinem et secundum leges et consuetudines nostras. Et habeatis ibi hoc breve. Teste Martino de Pateshull' apud Cantuariam, xxviiij die Septembris.

Eodem modo scribitur ballivis Dovr', Sandwic', Rumenal', et Heth'.

Rex ballivis suis de Gernem' salutem. Sciatis quod summoneri fecimus in octabis Sancti Martini apud Shepweye placita de Quinque Portubus sicut teneri debent et solent coram justiciariis apud Shepweye. Et ideo vobis mandamus quod hoc scire faciatis hominibus de Gernem'. Ita quod si aliquis de aliquo conqueri voluerit, tunc sit apud Shepweye coram prefatis justiciariis propositurus loquelam suam et iusticiam habitturus. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis de Dunewic'. (*Close rolls 1224-7, pp 213-14*)

1227 - 20 Oct - Postea sic. -- Rex baronibus de Dovr' salutem. Sciatis quod omnia placita de Quinque Portubus per ballivos Quinque Portuum summoneri fecimus apud Sipweye <18 Nov 27> in octabis Sancti Martini coram dilectis et fidelibus nostris Martino de Pateshull' et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Kancie. Et ideo vobis mandamus quod vos de villa vestra

cum pertinentiis tunc veniatis apud Shipweye coram prefatis justiciariis, sicut venire debetis et solebatis coram justiciariis tenentibus omnia placita, audituri et facturi preceptum nostrum et responsuri <de> capitulis que misimus ballivis Dovr' et aliis ballivis Quinque Portuum. Ita quod omnes de villa vestra cum pertinentiis tunc sint ibi coram prefatis justiciariis nostris, sicut esse debent et solent coram justiciariis tenentibus omnia placita apud Shipweye. Teste rege apud Westmonasterium, xx die Octobris.

Eodem modo scribitur baronibus de Quinque Portubus, similiter per litera patentes. (*Close rolls 1224-7*, p 214)

1227 - 3 Nov - Postea sic. -- Rex baronibus et ballivis de Sandwic' salutem. Sciatis quod diem placitorum de Quinque Portubus que summonita fuerunt apud Shipweiam in octabis Sancti Martini coram dilectis et fidelibus nostris Martino de Pateshull' et sociis suis justiciariis nostris itinerantibus prorogavimus usque ad <4 Feb 28> diem Veneris proximam post Purificacionem Beate Marie. Et ideo vobis mandamus quod predicto die Veneris veniatis coram prefatis justiciariis nostris apud Shipweiam in forma qua summoniti fuistis quod essetis ibidem coram eis in octabis Sancti Martini. Teste rege apud Cantuariam, iij die Novembris, anno etc. xij.

Eodem modo scribitur baronibus et ballivis de Quinque Portubus. (*Close rolls 1224-7*, p 214)

1228 - 1 Feb - Rex baronibus et baillivis suis de Sandwic' salutem. Sciatis quod diem placitorum de Quinque Portubus que summonita fuerunt apud Shipweyam die Veneris proxima post Purificacionem Beate Marie, anno regni nostri xij, coram dilectis et fidelibus nostris Martino de Patesh' et sociis suis justiciariis nostris itinerantibus prorogavimus usque <23 Apr 28> in unum mensem a die Pasche anno eodem. Et ideo vobis mandamus quod a predicta die Pasche in unum mensem veniatis coram prefatis justiciariis apud Shipweyam in forma qua summoniti fuistis quod essetis ibidem coram eis predicta die Veneris. Teste rege apud Westmonasterium, primo die Februarii.

Eodem modo scribitur baronibus et baillivis Dovr', Hastings, Rumenal, Heth.

Et baillivis et probis hominibus suis de Jernem' et Dunewic' sic scribitur. Sciatis etc. quod die etc. Et hoc vobis scire facimus ut si quis vestrum de aliquo conqueri voluerit, tunc sint <sic> apud Shipweyam coram prefatis justiciariis propositurus querelam suam et justiciam habiturus. Teste. (*Close rolls 1227-31*, pp 90-1)

1228 - 18 Apr - Rex baronibus et ballivis suis de Hastings salutem. Sciatis quod placita de Quinque Portubus, que summonita fuerunt per preceptum nostrum apud Shipweyam a die Pasche in unum mensem anno regni nostri xij, coram M. de Pateshull' et sociis suis justiciariis nostris itinerantibus, posuimus in respectum sine termino, quousque aliud inde preceperimus. Et ideo vobis

mandamus quod a predicta die Pasche in unum mensem coram predictis justiciariis apud Shipweyam non veniatis, sicut summoniti fuistis per preceptum nostrum quod essetis ibidem coram eisdem justiciariis predicta die, quousque alia mandata a nobis inde receperitis. Teste rege apud Westmonasterium, xviiij die Aprilis.

Eodem modo scribitur baronibus de Dovr', Sandwic', Heia, Rumenal.

Mandatum est baillivis de Jernem' et Dunewic' quod probis hominibus de Jernem' et Dunewic' hoc scire faciant, ne ad predictam diem veniant apud Shipweyam sicut dominus rex eis mandavit, quousque dominus rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. (*Close rolls 1227-31, p 99*)

1228 - 23 Jun - Rex dilectis et fidelibus suis M. de Pateshull et S. de Segrave salutem. Cum diu sit et quasi extra memoriam omnium baronum nostrorum de Quinque Portubus et aliorum circa partes maritanas (sic) agencium quod placita corone nostre et alia non fuerunt apud Shipweiam, unde fere omnes habitantes circa partes maritanas exleges et juris sive justicie immemores efficiuntur, et injuriam passi, quod frequenter accidit, tempore patris nostri et nostro, tam per mare quam per terram, a juris sive justicie execucione detinentur suspensi, tanquam de jure et justicia penitus desperati, necnon et malefactoribus et juris alieni detentoribus videatur relinqui impunitas delinquendi, in grave scandalum nostrum et regni nostri et grave periculum nostrum quoad Deum et quoad homines; valde nobis et consilio nostro pernecessarium videtur aliquod remedium apponere, per quod huic malicie, scandalo et gravi periculo possit obviari; quod quidem primum et precipuum nobis et consilio nostro videtur esse remedium quod predicta placita de Shipweia apud Shipweiam sine more dispendio teneantur, ut sic malefactorum cesset incrassacio et juris sive justicie unicuique justiciam petenti exhibeatur execucio. Et quoniam circa Assumptionem Beate Marie, ut dicitur, tempus est quasi ociosum omnibus hominibus de Quinque Portubus, et singuli et universi reversi sunt ad propria de diversis regionibus ad quas prius cum mercandisis propriis et alienis declinaverant, de consilio fidelium nostrorum providimus quod placita predicta teneantur <16 Aug 28> in crastino Assumptionis Beate Marie, ne si ulterius differantur, superveniente tempore vindemiarum circa partes transmarinas et tempore piscacionis circa costeras Anglie, illi qui sic prius fuerint reversi cito sint dispersi. Sed quoniam nullatenus vellemus nec nobis esset expediens quod placita illa tenerentur sine presencia vestra, rogamus vos quatinus, communicato consilio vestro adinvicem, attendentes tempus predictum et circumstancias predictas, provideatis modis omnibus quibus poteritis quod predicta placita ad terminum predictum teneantur, curam et diligenciam adhibentes si fieri potest quod placita incepta in comitatu Norf' et placita incipienda in comitatu Suff' terminentur ante terminum predictum. Et si quid residuum fuerit de predictis placitis usque ad terminum quem adinvicem providebitis, suspendatur. Consilium vestrum nobis inde sub omni celeritate rescribatis, quia sine consilio vestro nihil inde sumus acturi. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxiiij die Junii. (*Close rolls 1227-31, pp 108-9*)

1228 - 30 Jul - Rex ballivis de Hasting' salutem. Precipimus vobis quod omnia placita, summoniciones, atachiamta et omnes illos ville et portus de Hasting' qui venire solent et venire debent coram justiciariis ad placita de Shipweye, venire faciatis usque Shipweyam <22 Aug 28> in octabis Assumpcionis Beate Marie anno etc. xij coram justiciariis nostris, quos illuc missuri sumus ad diem illum, ad respondendum de capitulis contentis in litteris nostris prius vobis inde missis, de termino, scilicet, octabarum Sancti Martini anno eodem, et ad placitandum ibidem, tam de novis quam veteribus placitis et querelis que nondum terminata sunt, et apud Shipweiam terminari debent, observata in omnibus forma contenta in predictis literis nostris vobis transmissis de predicto termino octabarum Sancti Martini. Et habeatis ibi hoc breve et omnia alia brevia vobis inde transmissa, et si qua alia recepistis ad placita illa pertinentia. Teste rege apud Westmonasterium, xxx die Julii.

Eodem modo scribitur Quinque Portubus.

Similiter scribitur et sub eadem forma ballivis de Dunewic' et de Jernem', hoc mutato: Et ideo vobis mandamus quod hoc scire faciatis hominibus de Dunewic', etc. Ita quod si aliquis de aliquo conqueri voluerit, tunc sit apud Shipweyam coram prefatis justiciariis propositurus loquelam et justiciam habiturus. Teste ut supra. (*Close rolls 1227-31*, pp 111-12)

1228 - 15 Aug - Rex ballivis de Rumenal salutem. Sciatis quod placita de Quinque Portubus que summonita fuerunt apud Sipweiam in octabis Assumptionis Beate Marie, anno etc. xij, coram justiciariis nostris quos illuc mitteremus, posuimus in respectum sine termino donec aliud inde preceperimus. Et ideo vobis mandamus quod predicta die octabarum Assumptionis non veniatis apud Sipweyam ad placita, sicut summoniti fuistis, donec aliud a nobis habueritis mandatum. Teste rege apud Heref', xv die Augusti.

Eodem modo scribitur ballivis Heth', Dovr', Hasting', Sandwic'.

Et ballivis Dunewic' et Jernem' cum hac clausula: - quod quidem vobis signamus, ut probis hominibus nostris Dunewic' et Jernem' id scire faciatis. Teste ut supra. (*Close rolls 1227-31*, p 114)

\* \* \*

The thirteenth-century legal treatise known (to those who know about these things) as "Bracton" includes copies of some of the writs produced in September 1227, because the author was under the impression (a mistaken impression, as it turned out) that they might be found useful as patterns in the future. (For that reason he replaces the date with "on such a day" and the justices' names with "such and such".) Here is the relevant stretch of text, as it appears in Woodbine's edition (Woodbine 1915-42, vol 2, pp 333-4):

"Rex dilectis et fidelibus suis ballivis de Hastings salutem.

Precipimus vobis quod omni occasione postposita, sitis apud Shipwey ad talem diem coram dilectis et fidelibus nostris talibus, et illuc tunc venire faciatis viginti quatuor de legalioribus et discretioribus baronibus de Hastings, et alios, sicut venire solent et debent ad placitum de Shipwey, ad respondendum coram prefatis iustitiariis nostris de capitulis subscriptis.

De veteribus placitis corone, que alias fuerunt coram iustitiariis apud Shipwey, et non fuerunt terminata.

De novis placitis corone nostre que infra libertatem vestram emeruerunt tempore pacis, postquam iustitiiarii ultimo itineraverunt apud Shipwey.

De iis qui sunt in misericordia domini regis et non sunt amerciati.

De ecclesiis que sunt de advocacione domini regis, que ecclesie ille sunt, et qui illas habent, et per quem, et quantum valent per annum.

De assisis pannorum, si servate sint sicut provisum fuit, et si quis denarios cepit pro pannis contra assisam venditis.

De eschaetis domini regis, que sunt, et qui illas tenent, et per quod servitium, tam de terris Normannorum quam de aliis, et si que teneantur sine warranto capiantur in manum domini regis.

De illis qui robbaverunt in terris vel in aqua post pacem clamatum.

De purpresturis factis super dominum regem, sive in terra sive in mari sive in aqua dulci, sive infra libertatem sive extra, sive alibi ubicunque.

De mensuris factis et iuratis per regnum, si servate sint sicut provisum fuit, et si custodes mensurarum mercedem ceperunt ab aliquo quod possit per alias emere et per alias vendere: quod quidem intelligatur de omnibus mensuris tam ulnis quam ponderibus.

De vinis venditis &c.

De thesauro &c.

De catallis Francorum &c.

De falsonariis &c.

De burglatoribus &c.

De mercatis &c.

De chambio &c.

De fugitivis &c.

De mercede &c.

De novis consuetudinibus &c.

De defaultis &c.

De gaolis &c.

De rapinis &c.

De navibus captis in guerra et traditis per Willelmum de Wrotheham, cui tradebantur, et quis illas habeat vel quid de illis actum sit.

De illis qui vendiderunt naves vel maeremium ad naves faciendas inimicis patris domini regis et suis, contra prohibitionem patris ipsius domini regis.

Faciatis etiam venire coram eisdem iustitiariis nostris ad prefatum terminum, omnia placita et omnia attachiamenta que venire et terminari debent et solent coram iustitiariis placita tenentibus apud Shepwey. Teste &c."

Eodem modo et per eadem verba scribatur ballivis de Romual, ballivis de Heya, ballivis de Doure et ballivis de Sandwyz, ita

quod quilibet eorum portuum habeat litteras per se in predicta forma.

Et quoniam sepius contentio est inter homines predictorum portuum, et homines de Gernemuth et de Donwich, fiat breve vic. Norff. et Suff. in hac forma.

"Rex vic. Norff. et Suff. salutem. Sciatis quod summoneri fecimus ad talem diem apud Shepwey, omnia placita de quinque portubus sicut teneri debent et solent coram iustitiariis apud Shipwey. Et ideo tibi precipimus, quod hoc sciri facias hominibus de Iernemewe et ballivis de Donewiz, ita quod si aliquis conqueri voluerit de aliquo qui sit de libertate vel infra libertatem quinque portuum, tunc sit apud Shipwey coram prefatis iustitiariis nostris querelam suam propositurus et iustitiam inde recepturus. Teste &c."

As will be seen, the documents incorporated into "Bracton" are not quite the same as any of the ones copied onto the back of the Close roll. His version of the questionnaire is significantly different here and there; and the writ he quotes is a single writ addressed to the sheriff of Norfolk and Suffolk, ordering him to pass on the word to Yarmouth and Dunwich.

## References

Close rolls 1224-7 T. D. Hardy (ed.), *Rotuli litterarum clausarum in Turri Londinensi asservati*, vol. 2 (Record Commission, 1844).

Close rolls 1227-31 *Close rolls of the reign of Henry III preserved in the Public Record Office*, vol. 1 (London, 1902).  
<http://archive.org/stream/closerollsofreig01grea#page/n5/mode/2up>

Woodbine 1915-42 G. E. Woodbine (ed.), *Bracton - De legibus et consuetudinibus Angliae*, 4 vols. (New Haven, 1915-42).  
[www.archive.org/stream/bractondelegibu01histgoog#page/n350/mode/1up](http://www.archive.org/stream/bractondelegibu01histgoog#page/n350/mode/1up)

First posted Aug 2012